

En 1272 (2 septembre), Grégoire X facilite au même Chapitre la réparation des pertes causées par la longue guerre soutenue contre les citoyens. L'Église de Lyon, pour solder ses défenseurs, avait contracté de nombreuses dettes; le pape l'autorise à les éteindre à l'aide de certains biens ecclésiastiques destinés par les règlements à un autre emploi (1).

« ligios Ecclesie predictae vassalos, barones, religiosas personas ac etiam
 « cives Lugdunenses tam in personalibus quam realibus actionibus coram
 « se respondere compellit, eosque contra voluntatem et prohibitionem
 « dicti Capituli sub sua custodia et protectione recipiens, causarum ap-
 « pellationum et simplicium querelarum cognitionem sibi vindicat,
 « tenendo assisas in civitate Lugdunensi et extra ipsam que in Imperio
 « consistit, necnon et in terris ejusdem Ecclesie que non sunt in tuo
 « dominio vel in feudis regiis constitute, contra Imperatoris privilegia
 « Ecclesie memorate concessa et preteritis temporibus observata, in ipsius
 « Ecclesie grave prejudicium et intolerabile detrimentum. Unde, cum non
 « deceat quod in Ecclesie prefate juribus per te vel tuos tali modo juris-
 « dictio vendicetur nec verisimiliter presumi valeat quod te jubente vel
 « permittente jura vacantis Ecclesie que auxilium regii favoris expectat
 « enerventur in alieno vel ledantur, regalem magnificentiam paterno
 « rogamus et hortamur affectu quatinus circa premissa clementi conside-
 « ratione provideas ut, juribus tuis in suis terminis conservatis, ab
 « Ecclesie predictae gravaminibus desistatur. Speramus enim et credimus
 « quod eidem Ecclesie in brevi, dante Domino, providebitur de pastore
 « qui se constituet circa tui honoris incrementa sollicitum, curam de tuis
 « conservandis juribus sicut expediet habiturus. Datum Viterbii, 11 idus
 « decembris, pontificatus nostri anno tertio. »

(1) *Arch. du dép. du Rhône*, Arm. Abram, vol. 13, n° 7. Bulle de Grégoire X. — « Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis
 « Decano et Precentori Ecclesie Sancti Johannis Lugdunensis, salutem et
 « apostolicam benedictionem. Habemus a nobis ipsis et a pluribus fide
 « dignis quod Ecclesia Lugdunensis, propter guerras que habuit cum
 « civibus Lugdunensibus gravi onere debitorum oppressa, non potest ab
 « hujusmodi onere debitorum absque providentia sedis apostolice rele-
 « vari. Nos igitur, circa revelationem hujusmodi, attenta nobiscum et